



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

IV. Markgraf Woldemar überläßt der Stadt Callies eine Mühle und den Platz
des Schlosses, am 29. September 1313.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

IV. Markgraf Woldemar überläßt der Stadt Callies eine Mühle und den Platz des Schlosses, am 29. September 1313.

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, patefiat, Quod nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis, Lusacie et de Landesberg marchio, dedimus et presentibus literis donamus prudentibus viris consulibus et vniuersitati ciuium ciuitatis nostre Calis molendinium, quod erat domini Kenstel, cum aggere, piscina ac vsu piscandi ibidem, cum area castri et pomerio perpetuis temporum decursibus iure ciuitateni ac iusta proprietate possidenda, renunciantes premillis ac eorum cuilibet per presentes renunciatione debita quoad nos et heredes nostros ac successores quoscunque. In hujus quoque nostre liberalis donationis testimonium nostrum sigillum iustissimum presentibus apponi literis in perpetuum valituris. Presentes fuerunt: Nobilis vir Dominus Guntherus comes de Keuerenberg, Henricus, decanus ecclesie Stendalgenlis, Sloteko, prepositus Dyminensis, Ludolfus, Haffo, Henningus de Bencz, milites, de Wedele, cum aliis pluribus fide dignis. Actum et datum Wedele, anno domini millesimo tricentesimo tredecimo, die beati Michaelis.

Nach von Dreger's Abschrift des Originals.

V. Heinrich und Johann von Wedel setzen die Rechtsverhältnisse der Stadt Märtsch-Friedland fest, am 2. Februar 1314.

In nomine Domini Amen. Cum de conditione humane fragilitatis hominum memoria sit labilis, vita brevis, expedit, ut acta vite litterarum serie ac fidelium testimonio perhennentur. Hinc est, quod nos Henricus, miles, et Joannes, famulus, fratres dicti de wedel, notum esse volumus uniuersis notitiam presentium percepturis, Quod nostre ciuitatis Nuwe Vredeland appellate, ut eo melius emendet se, cum unanimi consensu nostrorum heredum et aliorum amicorum maturo consilio dedimus, et per presentes damus quidquam utilitatis intra eandem ciuitatem census aut pretii de macellis carniuum, pannorum, calceorum esse poterit, vel aliarum casarum, si ibi constructe fuerint, de quibus poterit esse fructus. Etiam damus eidem ciuitati quidquid utilitatis de censu agrorum areis pertinentium, quod vulgariter dicitur Wordentins, esse poterit, in quo prefectura iam dicte ciuitatis percipiet tertiam partem, alia remanebit ciuitati: Et quidquid utilitatis de censu areas mensurandi, quod proprie dicitur rudentins, esse poterit, prefectura ejusdem ciuitatis percipiet tertiam partem, alia soluet ciuitati supradicte. Item damus ciuitati Nuwe Vredeland quidquid utilitatis et fructus intra distinctionem supradictam esse poterit. Hec distinctio incepit etc. — Et damus prenominate ciuitati Nuwe Vredeland, quidquid utilitatis intra metas et limites ejus esse poterit, scilicet stagnum, quod dicitur Kortenciez, et stagnum, quod dicitur Wolgast, stagnum, quod dicitur Kerstigemilo, ambo stagna, que vocantur Kaves, ambo stagna, que dicuntur Zadow, ambo stagna, que vocantur Karwes. Etiam damus eidem ciuitati libertatem venandi intra ipsius metas limitatas et locum ville, que dicitur kaurenzlas, cum LXIV mansis agrorum, inter metas jam dictas